

tur, cum alias originis domicilium juri nostro incognitum sit Strauch. *ad univers. Jus Justinian. diss. 21. §. 15.* quippe ubi hæc duo, origo scilicet & domicilium, ut diversæ species sibi perpetuo opponuntur. *L. 6. §. 1. L. 27. pr. ff. ad Municip. L. ult. C. d. Municip.* & origo patriam, domicilium vero incolatum tribuere dicitur. *L. 4. & 7. C. d. incol.*

- 21 Idem judicium esto de domicilio bonorum, quippe quod Jura nostra penitus ignorant, dum expresse statuunt solam rerum possessionem domicilium non constitutere, nisi quis in eo loco simul habitet. *L. 17. §. 13. ff.*
- 22 *ad municip.* *L. 27. §. 2. ff. Eod.* atque hinc etiam à Ddribus & merito quidem rejicitur, cum à foro rei sitæ quod toto cœlo à domicilio distat, revera non differat. vid. Franzk. *ad tit. ff. d. J. n. 27.*
- 23 Remanet itaque tantum domicilium, quod habitationis Ddres appellant, ac superius à nobis est descripsum, quod ipsum etiam regulariter, quoties in jure nostro domicilii mentio fit, intelligitur Hillig. *ad Donell. l. 17. c. 12. lit. B. in not.* Dn. Müller *ad Strud. Ex. 9. §. 20. lit. a.* Zanger *d. Except. p. 2. c. 1. n. 71.* Speidel. *in specul. voc.*
- 24 *wohnen.* Atque hoc vel necessarium est, vel voluntarium ; illud est, quod quis ex necessitate aliqua aut legis dispositione alicubi consequitur ; illudque habere dicuntur certa ratione relegati in loco, in quem relegantur. *L. 22. §. 3. ff. ad municip.* *L. 7. ff. d. interd. & releg. uxor*
- 25 *post contractum matrimonium penes maritum.* *L. os. ff. d. Judic. L. un. C. mul. in quo loco mun.* quod etiam domicilium matrimonii dicitur in *L. 5. ff. d. Rit. nupt. clerici,* qui beneficium ecclesiasticum habent ac in illo resident,
unde
- 26
- 27